



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXXIV. Markgraf Otto befreiet eine der Gewandschneider-Gilde in Salzwedel gehörige Mühle zu Böddenstedt von der Bede und bekennt sich selbst als Mitglied dieser Gilde, am 10. November 1287.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

communiri. Datum Meyenborch, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, in die festiua omnium Sanctorum.

Nach dem Orig. im Salzwo. Archiv XXV, 1. — Mit der falschen Jahreszahl 1281 in Lenz Br. Urk. S. 93.

XXXIII. Der Rath zu Salzwedel befundet eine Schenkung an das Barfüßer-Kloster daselbst, am 14. März 1287.

Vniuersis hanc litteram inspecturis uniuersitas Consulium Ciuitatis Saltwedelenfis, salutem in omnium redemptore. Omnia, que geruntur in tempore, cum temporis varietate transeunt et mutantur. Hinc est, quod ea, que aguntur in tempore, ne in oblivionem veniant, solent litteris autenticis et ydoneorum testium subscriptionibus roborari. Notum ergo facimus tam presentibus quam futuris, Henricum parceval vendidisse unum chorum siliginis, pro XI. Marcis Argenti, Domine Margarete, relicte Henrici de Rorberch, quondam civis Saltwedelenfis, libere cum omni proprietate, sub hac forma, videlicet, ut dicta domina Margareta temporibus vite sue de Molendino ante castrum Saltwedel constituto, ipsum a molendinario singulis annis tollat, post vite vero sue decessum, ad Dei laudem et ad anime sue maritique sue defuncti salutem, procurator fratrum Minorum in Saltwedel, eundem chorum prefatum recipiat annis singulis in perpetuum pro lumine lampadis apud predictos fratres jugiter instaurando. In hujus facti firmitatem presenti pagine sigillum nostre ciuitatis duximus apponendum. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXXXVII. II. Idus Martii, existentibus Consulibus Heinrico de Gorckeke, Johanne Bormester, Alberto de Distorp, Johanne de Wittinge, Thidemanno de Kercowe, Waltero de Sartore, Nicholao Plume, Johanne de Thuritz, Johanne de Mechowe, Cristiano penes puteum, Johanne filio Odberti, Bertoldo de Ulsen, quibus est hic contractus publicatus, ut ejus jugis memoria habeatur.

Nach dem Orig. des Salzwo. Archives XXXV, 13.

XXXIV. Markgraf Otto befreiet eine der Gewandschneider-Gilde in Salzwedel gehörige Mühle zu Bddenstedt von der Bede und bekennt sich selbst als Mitglied dieser Gilde, am 10. November 1287.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Recognoscimus et istius scripture testimonio publice protestamur, quod nos molendinum apud Bodenstede, quod in Saltwedele ad eam fraternitatem, que Teutonice Gilde dicitur et precipue ad honorem dei instituta est, pertinet, ab omni petitione seu precaria exactione, que vulgariter Bede vocatur, simpliciter liberum donauimus et solutum. Et quia nos personaliter in eandem fraternitatem recepti sumus et speramus, omnium honorum, que in ipsa sunt, participes fieri: Volumus, quod illud molendinum ea libertate perpetuo perfruatur: et ideo, ne eadem libertas in posterum a nobis vel nostris successoribus possit aliquatenus infirmari, presentes literas de certa nostra scientia scriptas iussimus in euidentis testimonium

Hauptst. I. Bd. XIV.

tam testium subscriptione quam etiam sigilli nostri appensione roborari. Sunt autem testes hujus rei vir religiosus frater Mauritius, Commendator curie fratrum in Werbene, vir Laudabilis Dominus Bertholdus, Prepositus in Saltwedele, Sifridus de Walsstoue, qui etiam in predicta fraternitate ad voluntatem nostram favorabiliter est receptus. Datum in Werbene, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVII<sup>o</sup>., Quarto Idus Novembris.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XIV, 5, 6.

XXXV. Markgraf Otto verkauft der Mechtild von Molne zur Ausstattung eines Altares in der Marienkirche zu Salzwedel Gebungen aus Ribow und der Bockhornschē Mühle, am 9. März 1289.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, istius tenore pagine notum facimus vniuersis, ipsius continenciam percepturis, quod cum quedam matrona mechteldis, de molne cognomine, altare vnum in ecclesia sante marie virginis in saltuedel construere et edificando comparare volebat, ipsa a nobis tres choros siliginis, in uilla Rybow sitos in duabus curijs, uel quos due aree premissae uille fructificant annuatim, et etiam duos choros siliginis, de molendino Bokhorninge prouenientes singulis annis aut sitos in eodem molendino, emit pro quinquaginta marcis argenti ad premissum altare proprietatis titulo et proprie perpetuis temporibus pertinentes et quinquaginta marcas argenti, quas pro prefatis quinque choris nobis dedit et proprietate ipsorum similiter per honestos viros consules in Saltuedel fecit nobis ipsa domina presentari. Manifeste igitur profitemur, antedictos quinque choros nos ad officium altaris eiusdem iugibus temporibus et proprietatis condicionibus uendidisse, transferentes omne ius ac omnem potestatem in omnes illos clericos, qui altare premissum officiauerint temporibus successiuis. In cuius rei lucens testimonium presens scriptum fieri iussimus et sigilli nostri efficia communiri, testibus subnotatis: domino heningo, dapifero, domino Syfrido et domino B. de walsstoue, domino B. de knesebec, domino h. de dannenberch, domino h. de Bodenstede et alijs quam pluribus fide dignis. Datum in Saltuedel, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono, Septimo Idus Marcij.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 15, No. 3.

XXXVI. Marggraf Otto überweist seine Gebungen und Lehnrechte über einen Hof in Butterhorst dem Kloster zum heiligen Geist in Salzwedel, am 21. Juni 1289.

In nomine Domini Amen. Caduce vite fluxibilitas, cuius exitum incertus describit orizon, memorative virtutis adeo solet nexus dissolvere, ut que certis sensuum deprehenduntur indicijs, momentanea temporum successione ac in eisdem intercedente oblivione profus excidentia deleantur, sed huic periculoso defectui promptius subuenitur, si, que aguntur, scriptis singula commendantur.